Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nicodemi Frischlini Rebecca

Frischlin, Nicodemus

Altorfii, 1611

Actvs II. scena III.

urn:nbn:de:bsz:31-138617

Visual Library

des mihi? quid ſtas lapis?
Hem verbero, plagas tibi centum optimas, pro
una mala (pula tuo:
Hem, vapula nequiſſime, vapula: meritóq; va-
Atq; audi: ſi poſthac vel te, vel alium negligen-
tem ita
Deprehendero: ad id redigam miſeriarũ, ut ſem-
per ſis miſer.
Sed age, Chame, exploremus nunc etiam illorum
venabula.

ACTVS II. SCENA III.

Syrus, Iſmaël, Labrax, Chamus.

PRoviſo ubi ſint agricolæ: quod nuſquam com-
parent domi.
Nam biduum reor, ex quo non redeunt ex ſylvis
domum: (pulæ:
Mirum profectò, niſi genio ſuo indulgent, aut cra-
Ita ut fit, Domini ubi abſunt. IS. Tuumne Labrax
hoc venabulum?
LA. Meum verò, meo qui illud habeo coëmptum
peculio.
CH. Satis ſuperbè. LA. Satis moleſtè. CH. confi-
dentiam vide
Hominis ruſtici: ut os ſibi diſtorſit carniſex. LA.
Omitte me

IS. Nunc

IS. Nunc ſine: venabulum tuum cedò, vt vide-
am penitiſsimè.
LAB. En cape. IS. Quid hoc? Iupiter ut te perdat
cum iſto venabulo,
Quod totum ærugine obſitum eſt: totum exe-
ſum rubigine,
Credin' te, Chame, hac cuſpide aprum poſſe unum
configere? *(nabulo,*
CH. Egone? murem ſi confodere jubeas, iſto ve-
Nihil efficiam. IS. Quid meritum cenſes? CHA.
Labraci uti Labra
Diſcindantur. SY. Perquirere prius non deſiſtam
quam alicubi *(ritur?*
Eos reperiam. Sed quis hic in proximo clamor o-
LAB. Obſecro populares, ferte miſero atq; inno-
centi auxilium:
Subvenite inopi. SY. Proh DEVM*, quid video,*
noſtrum ne ſervulum?
Hic verberat? quid ſto? quid ceſſo? cur opem illi
non fero?
Quid hoc turbæ? quid tibi venator, erga noſtros
tactio eſt?
IS. Quid tu hominis es? quid tibi mecum negotii
ignaviſsime?
SY. Imò, quid tibi negotii cū ſervis noſtris in tuis
Venatibus? Cur illos ab operis ſuis rure abſtrahis?
IS. Quia ſic libet. SY. Sed non licet. IS. Qui ſcis?
tibine ego teneor. *Reddere*

Reddere rationem ſtimulorum ſeges? SY. Si mihi
non reddere (mala
Teneris, reddes alii, eſt in cœlis DEVS, qui quæ
Nos facimus, audit & videt. IS. Quis te ſacer-
dotem mihi
Conſtituit? ego hæc plus millies à patre audivi cũ
tædio. (verberas.
SY. Injurius certè es, miſeros qui & innocentes
CH. Siccine tu reſponſas hero meo? Cave ſis, ne-
ſcis cui
Maledicas tu viro. SY. Quid neſciam? quid mi-
hi tecum eſt rei?
IS. Sceleſte, ſi nihil tibi rei nobiſcum eſt, cur non
abis? (tter
Cur non hinc ocyus faceſſis? SY. Agricolas dimi-
A te volo: Hoc ſi feceris, diſcedam. Nam ruri
hic eos
Operis vacare oportet: hoc herus jubet. IS. quis
herus jubet?
Neminem ego herum mihi agnoſco. SY. Eho, Num
tu regnum hic poſſides?
IS. Irrides furcifer? Accede huc Chame, & pro-
pter maſtigiam hunc
Aſſiſte: nec mora ſit, ſi unum ei contra me exci-
derit verbulum,
Quin pugnus continuò in mala hæreat. CH. liben-
ter obſequor;

Neq;

Neq; ad cervos æquè curſim procurram, ut conficiam manu.

SY. Cave ſis ne me attingas ſcelus. CH. quid? tetigine? num dolet?

SY. O facinus indignum? IS. Geminabit, niſi caves. SY. Hei miſero mihi?

IS. Quid clamitas? abi hinc. SY. Diſperream, niſi ego iſthanc injuriam

Nobis illatam, ad judices deferam. IS. imò mihi gratias

Debes, quod tam leniter actum eſt tecum, nec uti promeritus es.

SY. Eo hinc. IS. Si dudum iiſſes, non hîc vapulaſſes carnifex.

Sed quid nunc agimus? cur non imus? ſequimini me hac ruſtici.

ACTVS II. SCENA IV.

Syrus.

DEVM *immortalē, quæ huius venatoris eſt*
Iniquitas? injuria in hos innoxios
Et immerentes agricolas? Itán homines
Pecudum ritu tractare iſtis Satyris licet?
Quaſi verò miſeri in hoc nati ſint ruſtici,
Venaticos ut alant canes: quibus domi,
Quod ipſi edant, nihil eſt. Nam liberos fame

Expert